Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ad exasperandum me. Cum enim vidissent
omnem collem excelsum, lignumque nemo
rosum, sacrificabant in montibus et lu
cis et saltibus; et ydolis victimas immo
labant, et libamina fundebant.
Quod cum vidissem, dixi ad eos: Quid est
bama? hoc est, interpretatur excelsum.
aut cur ingredimini istum vos locum
quem vobis in cunctis collibus elegistis?
Ita ut usque hodie istum vos loca appel
lentur bamoth. Et antiquus error no
men pristinum teneat. Porro bama, quod nos
in excelsum vertimus, in lxx editione
error obtinuit, ut scribatur abama,
quod in hebraico sermone nil resonat.
Porro bama si utramque syllabam in duo
dividas verba significare in quo; sed pre
senti loco sensus iste non congruit.
Ubicumque autem in regum et in paralypome
non libris scribitur: adhuc populus adolebat
incensum et immolabat in excelso,
bama singulariter; et bamoth pluraliter
excelsa significat.

Propterea dic ad domum Israel. Hec dicit
dominus deus: In via patrum vestrorum vos pol
luimini, et post offendicula eorum vos
fornicamini; et in oblatione donorum
vestrorum cum transducitis filios vestros
per ignem, vos polluimini in omnibus idolis
vestris usque hodie; et ego respondebo
vobis Israel? Vivo ego dicit dominus quia
non respondebo vobis. Patrum vestrorum
imitamini vicia, et per easdem ince
ditis vias, ut delicta similia similem
mereantur et penam; et in tantum scelus pro
fecistis, ut filios vestros per ignem de
monibus consecretis. Nec semel hoc fe
cisse sufficit, sed usque in presentiarum
agitis eadem; non quod hec seniores in cap
tivitate faciant, sed quo illi qui in hie
rosolimis morabantur, et quibus captivi
tas imminebat, hec omnia facere non
cessent. Et cum tantis flagitiis obliga
ti sitis, responsionem inquit meam que
ritis? Vivo ego dicit dominus deus, et per me
metipsum iuro, quia non respondebo
vobis. Quodque sequitur: neque cogitacio
mentis vestre fiet dicentium: erimus sicut
gentes et sicut cognationes terre, ut
colamus ligna et lapides; vivo ego
dicit dominus deus, quoniam in manu forti et
brachio extento, et in furore effuso
regnabo super vos; hunc habet sensum. Nec
putetis cogitaciones vestras, quibus etiam
blasphematis, posse conpleri. Dicitis
enim: Nolumus esse sub domino, nec populus illius
appellari, sed ut cuncte in toto orbe
sunt nationes, et unaquaeque gens suo vi
vit arbitrio ut colat ligna et lapides
et idolis serviat, et iam nos una gens
erimus e plurimis; ad quam deus respondit,
iuratque per semetipsum et dicit: Non vos re
linquam, neque contempnam, ut fuga
ces servos domini negligentes solent
contempnere, sed ad meum retraham
imperium, et brachio extento, et per
cutiente ac furore effuso in pristinam
vos redigam servitutem, et regnabo
super vos; ut velitis nolitis me ha
beatis regem, et sentiatis iratum, cuius
clementiam neglexistis. Et educam
vos de populis, et congregabo vos de ter
ris in quibus dispersi estis in manu va
lida, et brachio extento, et in furo
re effuso regnabo super vos. Nec vos
autem patiar esse in gentibus, nec etiam